Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

habuit duas uxores. nomine
una anna. et nomen secunde
dicebatur fenenne. filios autem
autem non habuerunt. Erat autem
vir ille de ramatha sophim
statutis diebus. ut adoraret
et sacrificaret domino exercituum
in silo. Erant autem ibi duo
filii heli. ophni et finees sa
cerdotes domini ℟. Deus omnipotens
mandavit et misit angelum
suum et tulit me de ombo patris mei
et duxit me viam hanc in ista die ℣
Dominus qui eripuit me de ore leo
nis et de manu bestie liberavit me

Venerunt ergo dies lam
et simul annuit elcana
et dedit fenenne uxori
sue et cunctis filiis et filiabus
eius partes. Anne autem dedit partem
unam tristis. quia anna di
lexerat. Dominus autem concluserat
vulva eius. Affligebat quoque
eam emula eius et vehementer
angebat in statu ut exprobra
ret. quod conclusisset dominus vulva
eius. Sicque faciebat per sin
gulos annos cum ascenderet
tempore de domo domini
et sic provocabat ℟. Ego de tribu
de domo patris tui dixit dominus et po

sui te pascere populum meum israel et fui
tecum in omnibus quecumque ambulas
ti firmavi nomen tuum in medium ℣
Fecique tibi nomen grande iuxta
nomen magnorum qui sunt in terra
et dedi tibi ab omnibus inimicis fletat

Dixit illa et iuravit tus
capiebat cibum dixit
ei ergo elcana vir suus
anna cur flebas et quare non co
medis et quare affligit
cor tuum. Nequaquam non ego melio
ri filio tibi quam decem filiis. Sur
rexit autem anna postquam co
mederat et biberat in silo. et
heli sacerdote sedente super
sellam ante postes templi
domini. qui erat amaro animo
orabat dominum flens largiter
et votum vovit dicens ℟.
Dominus qui eripuit me de ore leonis
et de manu bestie liberavit me ipse
me eripiet de manibus inimicorum
meorum ℣ Adiuvet eius animam meam
et vitam meam animam meam eripuit
de medio catulorum leonum ℣ Do

Domine deus lam noverunt omnes
ex atavis. si respicies
miseriam affliction humile tue
et recordatus mei fueris. nec
oblitus fueris ancille tue dedisque